JURIS CIVILIS ASSERTA AD EXQUIRENDA VERA IMPERATS. JUSTINIANI VESTIGIA; QUÆ IN SUIS INSTISUTIONIBUS CONTINENTUR.

juxta miram Sacratissimi Imp. Justin. Docttrinam, Suisque Institutionum Stabilitam.

EX LIB. I.

I.

PUpilus neque hereditatem adire, neque bonorum possesionem petere valet absque tutoris autoritate.

II.

LIcet in aliis negotiis ad ipsorum Valorem Ratihabitio Sufficiat; tamen in pupilaribus presens, et autor debet Tutor intervenire,

III.

QUia nemo in Causa propria ut autor potest intervenire; si inter tutorem, et Pupilum aliqua lis suboriatur, in illius locum Curator debet Constitui,

IV.

HÆc Tutoris autoritas puré, non veró sub Conditione debet adesse, licet contractus á Pupilo tutore autore Celebratus sit Conditionalis.

EX LIB II.

V.

DOnatio summam 500 Solidorum Excedens, absque insinuatione facta non tenet.

VI.

MAritus licet rei dotalis sit Dominus; tamen illam nequit alienare, quamvis ejus Vxor consentiat.

VII.

QUidquid Servus ex quacumque justa; ac legitima Causa adquirit; id ipsum suo Domino licet ignoranti inteligitur ipso jure adquisitum.

VIII.

SErvi in quibus vsufructum tamtum habemus, dumtaxat nobis adquiritunt, quod ex re nostra provenit, vel ex eorum Operis proficiscitur.

EX TIT. DE TESTAMS.

IX.

TEstamentum rité, ac Solemniter Factum etiam inteligitur; si in ejus ordinatione nullus extraneus omnino actus interveniat.

X.

TEstes, qui in ejus ordinatione debent adesse; Rogati debent intervenire.

XI.

LIcet hæres in testamento Scriptus, in ipso testis esse non possit; recté valet esse Legatarius

XII.

NUlus Testator potest cum duobus decedere testamentis.

HÆC PPeo: OFFErentur Certamini á D: Josepho Gomez, Piqueras; et D. Diego Julian Perez; Juris Civilis Professor in hac Pontificia, ac Regia Universitate: Preside D.D.D. Timoteo Cavanes in eadem Vtriusq. J. Examinatore Die 30 Mensis Januari. Anni M. DCC. LXXV.

Cum Fac S. Inquisitionis

Vt Balaguer C. Reg.

Vt. Dr. D. *Josefus Mirambell*, Rr.

D. Joachimus Rodriguez de Munera, Inventor. Alagarda d. sculp. Oriole. I.C. Tip.

R. 20. 829

ORIHUELA

E.C.D. 2016

M E C D 2016